

quatuor, duabus nimirum antiquissimis, & duabus recentioribus, omnibus tamen in Ecclesiis nostris usitatis, majoris συφηνίας καὶ βεβαιώσεως χριστ., alius es cit exponere hisce:

5. Antiquissimas nuncupo Targum, sive expositionem Chaldaicam & Græcum LXX. Interpretum.

וְהַזֶּה כָּל אָרְצָא לְפָנֵינוּ חַד זִמְמָלֵל
Illa ita habet: hoc est: Fuit universa terra Linguae unius, & locutionis unius.

Hæc verò: καὶ λόγος ἡ γῆ χαλκός εἰ καὶ φωνὴ μία
πᾶσα. Hoc est:

Et erat omnis terra labium unum & vox una omnibus.

6. Recentiores dico: Latinam & Vernaculam, nostri, plentissimæ recordationis, B. Lucherii.

Illa: Erat autem terra labii unius & sermonum eorumdem.

Hæc: Es hatte aber alle Welt einerley Zungen und Sprache.

7. Heic נֶשֶׁת Nomen Hebræis primitivum, designat extremitatem propriè oris sive labium græcis χάλκος. Aliás etiam adhibetur ad denotandum labrum, oram, ripam, & littus, testibus Lexicographis Eberinis & ἀρχαιοτέροις.

8. Inest autem, in hoc loco Mosaico, nomini huic Metonymia causæ efficientis instrumentalis, dum instrumentum pro instrumentato seu effecto collocatur, nempe pro ipso sono, labiis cum lingua collisis, formato, quem in hominibus, utpote distinctum & articulatum, aliás simili Metonymia Linguam, die Sprache/ nuncupamus.

9. Per